



*Sammlung*



44  
VOTA PROPEMPTICA

ad

NOBILITATE

ET GENERIS PRO-

SAPIA PRÆSTANTES, VIRUTE,

moribus & doctrina excultos juvenes ac Dominos, Dn.

OTTONEM-WILLICHIUM compatrem exoptatissi-

mum, Dn. CUNONEM fratres germanos à Bodenhäusen:

& Dn. HARTMANNUM à Berleps / Dominos suos Me-

cœnates, omni animi observantia colendos, ex Wulfe-

rodâ Deo ter Opt. Max. feliciter auspicante, nobilissimo-

rum parentum suafu, duce JOHANNE REUTERO Viro

eximiùm docto LL Candidato ad augustam illam

artium liberalium mercaturam, quæ in in-

clyta Witeberga exercetur,

abituos.

*Felicissimi omnis gratiâ scripta, 9. die Martij*

*Anno 1616.*

à

REVERENDIS ET PRÆSTANTISSIMIS HU-

manissimisque Viris, Dn. M. ANDREA RICHTERO & Dn.

HEINRICO RHETELIO, illo VVulferodensis &

Ascherodensis, hoc Solstadiensis Ec-

clesiæ Pastoribus,

WITTEBERGÆ,

Typis Wolffgangi Meisneri, Anno 1616.

xxxviii

REVERENDISSIMO PATRI

FRANCISCO DE S. J. SACRAMENTI

NOBILITATE

ET GENITRITATE

SACRAMENTI

FRANCISCO DE S. J. SACRAMENTI

NOBILITATE

ET GENITRITATE

SACRAMENTI

FRANCISCO DE S. J. SACRAMENTI

NOBILITATE

ET GENITRITATE

SACRAMENTI

FRANCISCO DE S. J. SACRAMENTI

NOBILITATE

ET GENITRITATE

SACRAMENTI





Los *BODENHAUSIACÆ* stirpis ge-  
nerosa propago  
Et *BERLEPSIACÆ* culta colu-  
mna domus:

*Sic ergò nostras jam tristes linquitis oras  
Sic valedixistis cum genitrice Patri. (HANNE  
Dum duce REUTERO cum præceptore, JO-  
Albidos ad doctas approperatis aquas;  
Non aliter possum, nec verò debeo, quàm vos  
Ponè sequi votis, omnibusq; piis,  
Scilicet hoc fuci mens nescia, conscia veri  
Poscit & ingenui pectoris alba fides:  
Ite bonis avibus, Zephyrisq; redite secundis:  
Ite, DEUS ceptæ sit Comes ipse via.  
Sic iter hoc vestrum Dominus fortunet, ut olim  
Accipiat salvos vos genitale solum:  
Accipiat salvos multis virtutibus auctos,  
Instructos vera cum pietate Viros.  
Hisce meis votis Deus optimus annuat unis  
Ingenuis precibus pectore, voce precor,*

benevolentia ergò scrib.

M. ANDREAS RICHTERUS  
Wulferodensis, & Ascherodensis  
Ecclesiæ Pastor

**F** N soboles BODENHUSIACÆ stirpis, duo  
fratres, (Deum!

Quæis junctus BERLEPSCH; corcla sacrata,  
Approperant parili studio conscendere Montem,  
Fixerunt Musæ in quo sua castra novem.

Intere à patriam, quin splendida tecta parentum.

Et blandam matrem relinquere non renuunt.

Dulcis at est patrius focus, & quid dulcius? Aone,

Est fumum patrii cernere dulce foci?

Dulce erat ac Itbaco, cujus prudentia certa,

Fumum de patrio cernere posse foco.

Sic cunctos natale solum dulcedine mirâ.

Ducit; sic memores nos facit esse sui.

Profectò patriam matremq; patremq; benignum:

Qui non summopere diligit, ardet, amat,

Æs triplex, cautes, & si quid durius illis,

(vera loquor) circa pectora dura gerit.

Hinc vos immemores patriæ vos pectore duro

Dixerim? & oblitos quæ meminisse decet?

Non dicam, penitus si mentem inspexero vestram

O decus Aonii deliciaq; chori!

Nam vos ingenuos virtutis & artis alumnos

Nunc juvat Aonio fonte levare sitim;

Donec adoptatam veniatis tempore metam,

Quam dederit virtus, Ars pia quam dederit.

Tunc

Tunc vos plausibili revehet mox gloria Curru,  
Excipient patrii laudis honore lares.  
Magna quidem laus est patrios defendere muros  
Et sua pro patriis fata subire focus;  
Sed major, sacris posse inservire Camenis  
Quae verè patriæ consuluisse queant.  
Sic pubes studiosa è claro stemmate nata,  
Et genus & proavos condecorare stude;  
Laudibus atq; tuis perge exhilarare parentem,  
Utq; domi factum, sic vigilare foris.  
Interea mater tacito sub corde fovebit  
Gaudia de nati sedulitate sui.  
Verùm quid multis? ab itum longè tibi faustum,  
Non renuo, votis sed precor omne bonum.

Gratitudinis ergò faciebat

HENRICUS RHETELIUS,  
Solstadiensis Ecclesiae  
Pastor.

ΕΠΕΙΣΟΔΙΟΝ.

**E**T Tu Nobilium proles BODENHUSIA salve!  
OTTO-WILLICHI, patriæ virtutis imago;  
Et CUNO, fratres, germanò sanguine juncti;  
Et BERLEPSIACÆ Stirpis Tu strenua proles,  
Arboris excelsæ proavorum surcule florens,  
Vos salvete mihi, priscò de sanguine nati  
O Juvenes! Vobis venientibus obvia vota  
Debentur, Matriq; piæ, claròq; Parenti,  
Atq; Inspectori, quem præfecere JOHANNEM  
REUTERUM, Themidos studioq; fideq; probatum,  
Artibus insignem, civili more politum.  
Qui cluit Astræa, sinuosa volumina legum  
Volvens, informat, regit, instruit, atq; tæetur  
Vos sibi commissos, curâ servatq; fideli.  
Quàm benè! sed faxit Deus hæc in cedere in URBEM  
Sidere felici Vos, omnia prosperet orsa,  
Et vestrum lætis studium successibus ornet!  
Leucoreâ Virtus hac floret candida in URBE,  
Quà datur ad Musas accurrere tramite latò,  
Quà magis atq; magis floresces NOBILE GERMEN,  
Si studium, cultusq; Dei tua sola voluptas,  
Principium & medium facias, finemq; Jehovam.  
Sic non marcesces in campis floris adinstar,

Profe-



*Profectus faciens, acceptò ritè vigore,  
Cernitur ut sensim latissima populus, arbor,  
Protensis ramis umbras diffundere circum,  
Ut volucres cœli tutò componere nidos,  
Adjuta foliis fœtûs excludere possint.*

*Sic Vos, ut germen cretum de stirpe præamplâ,  
Ex claris Dominis proavis evexit in altum,  
Nobilis atq; vehet vos passim gloria avorum,  
Si modò constanter vestigia tanta prematis.*

*Sed benè habet! præclara in pectore dos est,  
(Sitq; diu ingenium nitidâ virtute coruscans!)  
Spes bona fulget, jò! nati estis ad omnia summa:  
Vos benè formatrix finxit natura sagaces,  
Quæ movet & stimulat laudem servare Parentum,  
Quos pietas morum, quos fortia facta celebrant.*

*Ergò agite ô Juvenes, Majorum insistite metis,  
Atq; vovete animos Sophiæ, Themidiq; sacratæ:  
Egregiè gestas res vos imitemini avorum.  
Magna quidem laus est, præclarò stemmate nasci;  
Verùm equare Patrem, parilivè incedere gressu  
Est major, superare Patrem virtutibus, illa  
Maxima: Vosq; decet pariter florentibus annis,  
Fortunante Deo, sic cingere ritè gerendis  
Rebus: Si fas est currentibus addere calcar,  
Hortariq; alacres ad palmam. Fine sed ipse*

*Hic*

*Hic factò, Vobis Ingressum gratulor istis  
Versibus; at vestris dicundis laudibus impar,  
Quas percensendas summo relinquo Maroni,  
Et me presidio vestro committo fidei.*

Verbo hoc gratulatorio & votivo, velut observantiæ *Κε-  
μεῖω* & honoris *κεκμηῖω*, Nobilissimos, præclaraque indolis  
adolescentes, Dn. OTTHONEM-WILLICHIUM & Dn. CUNO-  
NEM, germanos fratres, à *Bodenhäusen* / juxtà atque Nobiliss.  
& politiss, Dn. HARTMANNUM à *Berleps/r̄*, Benefactores &  
Promotores meos colendos, 8. Id. Martii an. 1616. inclytam  
& florentiss. Acad. Wittebergensem, pietati, literis & moribus  
humanioribus sedulam operam navandi gratiâ Venientes, of-  
ficiosè excipiendo prosequerbar

SEBASTIANUS NEUBAUER  
Allstetensis Thuringus, SS. Theol.  
Stud, in Acad. Witteb.





99 A 6908

ULB Halle 3  
002 927 25X




Handwritten initials: JB

Retro 1

VDA 17







Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

44

PROEMPTICA

ad

LITATE

CRIS PRO.

ANTES, VIRUTE,

tos juvenes ac Dominos, Dn.

um compatrem exoptatissi-  
res germanos à Bodenhäusen:

Berleps / Dominos suos Me-

ervantia colendos, ex Wulfe-  
citer auspicante, nobilissimo-

JOHANNÈ REUTERO Viro

didato ad augustam illam

mercaturam, quæ in in-

erga exercetur,

turos.

ia scripta, 9. die Martij

1616.

à

ÆSTANTISSIMIS HU.

ANDREA RICHTERO & Dn,

io, illo VVulferodensis &

oc Solstadiensis Ec-

Pastoribus,

BERGÆ,

Meisneri, Anno 1616.

xxxviii